Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Huc pertinet quod is qui habet potestatem beneficij conferendi, alij possessionem conferendo, censetur in ipsum contulisse beneficium, per not: in c. transmissam. 15. extr: de elect: cum tamen collatio maior sit quam immissio in possessionem. Et ideo potius dicendum est, concesso consequenti etiam necessarium antecedens, sicut maius sit, concessum intelligi per late not: Curt: Jun: in L. 2. n. 13. cum seqq: & ibid: Bologn: n. 49. ff. de Jurisd: omni: Judic: &c.

Et quidem per concessionem consequentis etiam antecedens necessarium adeo concessum intelligitur, ut inhabilis ac minus idoneus censeatur habilis atq; idoneus factus (qui sciliet potest à concedente habilis effici) per L. quoties. 3. & ibi not: C. de Judic: & L. si idem. ii. ff. de Jurisdict: omni: Judic: per c. nouit. extr: de iudic: & c. lator. 5. extr: qui filij sint legitimi argo. L. non cogitur. 22. ff. de Jud: glos: in c. decernimus. vbi late Doc: extr: de Jud: & in c. bene Deb praeter. 96. distinct: & c. i. V. praecipimus. 94. distinct: argo. à contrario. c. si asiguando. extr: de sent: excom: c. venens. 7. extr: de filijs praesbit: Curt: Jun: in cl. L. 2. n. ii. & ibi cl: Bologn: n. 7. ff. de Jurisd: omn: Judic: si modo ipse concedens